Quelle: http://manuscripta.at/?ID=287
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Obtrialius de genere aspidis est et est
ordinis primi sicut dicit Iorath Et
si quem animal momorderit sompno grauat
et dormiens moritur hec albertus
Ofites ut dicit Isidorus ethy[12] 12° quod colore
thebanus arene habeat de quo poeta
quod pius pictus maculis thebanus Ofites enim
pinus lineis mixtas et pictas maculas et ut dicitur est
stellio etc Sequitur de serpentibus quorum nomina inchoantur
Adrias est serpens ut dicit Ab P
Isidorus qui semper in cauda ambulat
et sulcum facere videtur de quo lucanus
quo contemptus iter cauda sulcare pias
Pharreas est serpens qui quasi totus erec
tus egreditur super caudam et super partem
corporis que caude coniungitur et ideo preter quod va
dit sulcum videtur facere Unde lucanus Quo
contentus iter cauda sulcare pharreas hec albertus
Prester serpens ut dicit Iacobus et Solinus
semper ore patenti et vaporanti currens
hic quemcumque percusserit enormi distenditur corpu
lencia velud si ydropisi laborat et sic moritur
Unde poeta oraque distendens auidus fumancia prester
Prester ut dicit Iorath serpens est de genere
aspidum ordinis primi inter serpentes qui
semper vagatur ore aperto et fumante et quemcumque per
cusserit tanta corpulencia et tumore si sit ydropicus
quam quam exuberans sequitur putredo et sic moritur
Unde lucanus Oraque distendens auidus fuma
cia presunt hec albertus Sequitur de serpentibus
quorum nomina incipiuntur ab R
Regulus est rex serpentum scilicet basiliscus
qui priusquam ad aquam venerit ydrofa
bas id est limphaticos facit quere ergo
supra ubi basiliscus
Rimatrix est serpens aqua veneno inficiens de
quo lucanus Rimator violator aque Sed alibi legitur
quod natrix violator aquarum Quere statim
supra ubi natrix
Riinatrix ut dicit Iorath serpens est
ordinis primi rinas aquas et cibos et in
ficiens eos Et si quis ex infectis aliquid gustauit
moritur statim hec albertus
Rutela serpens est orientis creatus ad
multa remedia et utilis ut dicit Arestotiles
hoc genus serpentis capitur ab apotecariis
et reponitur in custodia in qua multo tempore sine
ulla alimonia ciborum viuit licet omne genus
serpencium diu sine cibo viuere non potest sed papue ru
tela etc Sequitur de serpentibus quorum nomina
incipiunt ab S
Sabrin ut dicit Semion serpens est sapiens
corporis harenosi habens picta nigra
et alba et longitudo eius est
longitudo serpentis cornuti Et
fere in omnibus iste serpens est sicut ille qui dicitur
affodius de quo supra diximus Caput autem huius
et cauda sunt parua et in remanent in hoc genere ser
pentes quinque colorum Sunt autem plerique harenosi et
varii guttati et sunt alii albi et nigri et rubei Et omnes
illi habent squamas albas quasi incisas in capite
et faciunt strepitum propter siccitatem corticum ventrium
suorum Et omnes sunt graues motus et equalium
dentium Et sunt ordinis primi Et omnium eorum morsus
aperit omnes poros naturales sicut aures oculos et nares
et cetera urine et stercoris et os Et ex omnibus istis
facit fluere sanguinem et facit dolores in stomacho
et ex morsu omnium istorum currit aquosa sanies parua
et soluitur venter et constringitur anhelitus et
incurritur difficultas mingendi et acuitur vox et
mollificantur membra et incurritur obliuio Et
accidit spasmus et cadunt dentes et sic moritur pa
ciens hec albertus
Salamandra uel salamandria dicitur quasi
sola amans pyr id est ignem Et Salama
dra ut dicit Iacobus grece stellio dicitur huic
cameleontem id est terre leonem non nulli vocant ut
dicit plinius et Adelinus Est enim ut inquit qua
drupes faciem lacerte habet uel ut dicit Aresto
tiles faciem habet inter faciem porci et Symie plinius cru
ra habet recta retro et longiora venit adherencia prolixa
habet caudam et tortuosam tenuitate desinens vngu
es eius armati subtili vncitate Corpus asperum
autem qualis est cocodrilli viuit in igne et non
solum non vritur sed etiam extinguit incendium
sicut dicit Augustinus et Adelinus et Isidorus Incessus
eius piger ut dicit solinus quasi testudineum motus
Oculi eius subducti sunt concauo introrsum re
cessu qui numquam clauduntur Oculos eius circum
egit totos plinius dicit Iecur eius in sinistra parte
est et hoc contra omnia animalia hiatus oris eius numquam
clauditur ut potest quod eo non vtitur ministerium
cibi uel potus quia solo haustu roris uel aeris
viuit sicut dicit Arestotiles et Mater est valde et
hec est causa quia parum habet de sanguine et ideo tor
tuosum autem est quia diminuitur calor in eo qui est